



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ivlii Cæsarisi Scaligeri Epistolæ & Orationes

Scaliger, Julius Caesar

Lugduni Batavorum, 1600

Senatori Bvrdigalensi. LII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

SI mihi per fortunam meam licuisset, te
 alieno tempore importune appellare, com-
 modius, quam libentius, id fecissem, ut intel-
 ligeres quanto desiderio tenear iudicii tui,
 quod de nostris commentationibus efflaga-
 tassem. Verum satis beneficii in meipsum
 collatum iri existimabam, si non renuisses.
 tantum abest, ut te frequentius sollicitarem.
 Erat præterea quod dissuaderet ne obstre-
 perem tibi, spes ipsa. Tantum enim silentii
 in epistolis testari abs te non nihil operæ po-
 ni in censura illa. quæ quanquam in re per-
 difficili agitur, atque in publicis commodis
 occupatus es in Senatu: tamen & cæteris
 cum rebus naturæ ea tibi omnia perspecta
 iam pridem sunt: & hoc quoque pertinet ad
 Reipublicæ dignitatem, non interire cum
 lucubrationum vestigia, tum rerum ipsa-
 rum memoriam, quæ superioribus sæculis
 partim obscuræ partim mutilæ traditæ sunt
 posteritati. Igitur qui esses auctor consilio-
 rum nostrorum, non solum abs te probari
 ea debere, quæ essent inita, sed quo capta
 essent pacto perpendere debere cogitabam.
 In hac sententia cum persisterem obstinate,
 & pudor

& pudor suaderet mihi, vt crebrioribus literis abstinerem, vtrunque moderatus sum, vt & me sustinerem, & modicis aflatuunculis excitarem apud te memoriam meæ voluntatis. Sane in hoc eram, vt remitteres librum vel sine literis. Satis enim sic potest damnatum intelligeremus, qui ne accusationem quidem tanti viri meritus sit. Vale.

BRIANTO VALLEÆ
SENATORI BURDIGALENSI.

LII.

NVNQVAM mihi cessatio a scribendo gratior fuit. sapientio rem enim me fecit. Quid enim scissem tibi literas meas non penitus displicere, nisi vehementer tacendi licentia displicuisset? Cum namque scripsisset ad me Rubrius, quantum apud te valuisset mea commendatio, qua re nihil mihi gloriosius, nihil optatius euenire potest (neque enim Rubrii patroni aut hospites fuerunt mei, sed ego illorum omnium dominus) addidit & id, iocatú te esse humanissime, vt solcs, meamque tui notasse oblivionem. Me vero, Vallea, vtinam non coegisset fortuna meipsum obliuisci, cuius im-

M 3

petunt